

Dñica nona post trinita.

potest conuenienter vtuosus dicere vel ppter delectationem vel ppter bonum sicut exponit sanctus **Tho.** ij. ij. q. lxxij. dicēs. Sicut licitū est aliquem vberare vel in rebus damnificare causa disciplinē. Sic etiam potest aliq̄s alteri quem corrigere debet vbum compicilosum dicere. Et hoc modo dominus discipulos vocauit stultos. **Lu.** c. vlē. Et apostolus galatas in sensatos. **Ad Gal.** iij. Tertio ludus requirit carentiam supfluitatis ne nimis frequentetur vel ne nimis cōtinuetur. Dicit enī **Tullius** li. j. de offi. Ludo quidem et ioco vti licet sicut somno et quietibus ceteris. Distinguit autē **Tho.** triplex genus ludendi. super. iij. sententiarū di. xvj. q. vlē. argu. j. Est enim ludus turpis et inhonestus qui in se difformitatē importat. tales fecerunt gentiles coram dijs suis in theatris et templis. et similiter coram vitulo iudei. Et iste similiter inhibitus est xpianis. de pe. di. v. §. j. in fine. et in multis locis. Alius est ludus deuotionis et gaudij spūalis qualem faciūt in die corporis xpi xpiani. et qualem fecit dauid coram arca. ij. **Reg.** vj. Tertius est ludus humane consolationis cuius medietas vocatur eutropia. id est. vtuosā. Et illa virtus dī ab **Aris.** eutropolis que est vtus ita necessaria humano conuictui q̄ fm euz propriū est eutropia esse epidoxotē ab epi qd est supra et doctos quod est aptum quasi optime aptum conuictui humano. et de tali ludo potest exponi illud **1. Ach.** xij. Platee ciuitatis cōplebūtur in faucibus et puellis ludentibus. Et quia ludus est necessarius in vita humana. Ideo quidā dixerunt felicitatem humanam p̄sistere i opationibus ludi. vt dicit d̄ ipsis **Aris.** x. ethic. c. xx. et ponit opinionē ipsoz que est ista. Illud ḡ diuites et potentes maxime indigent in quo maxime delectant et videtur potissime ad delectationem p̄tinere. Sed diuites et potētes maxime querunt delectationes ludi. vnde persone conuenienter ludentes sunt eis chare et p̄ciose. ergo videtur q̄ in talibus felicitas p̄sistat. Sed contra hanc opinionez inuehitur **Aris.** sic. Si ludus foret finis vite humane sequerēt q̄ homo studeret negociaretur et laboraret. et militaret ppter ludum quod est puerile. Sed econuerso fm sententiā anatharsis bene se habet dicere q̄ aliquis ludat ad horam vt postmodū studeat diligentius. quia requies ē ppter operationem. et non operatio p̄p̄ requiem. Secūdo euz felicitas sit summū bonū necesse est q̄ i optimis p̄sistat. seria aut sunt ridiculosi meliora. Igitur felicitas magis circa seria q̄ circa ridiculosa p̄sistit. Unde **Tullius** li. j. de offici. Non enī ita generati sumus vt ad ludum et io-

cum nati esse videamur. Sed ad seriositatem potius et ad quedam grauiora atq̄ maiora. Tertio quia melioris ptis anime melior est cōparatio. et per consequens in nobilissima parte poni debet felicitas. Sed nihil phibet hominem bestialem corporales delectationes maxime participare. Igitur in delectationibus talibus nō consistat felicitas. Quāuis aut ludus non sit humane vite felicitas est tamen conueniens ludus vtus quedam. Sicut enim homo indiget a vexationib⁹ corporis quiescere. ita indiget intentionem animi studiosis et seriosis relaxare et a sollicitudinū anxietate pausare. hoc autem fit per ludū qui consistit in colloquijs et collationibus conuenientibus inter homines ordinatos et non ad taxillos.

De eadem dominica.
Sermo secundus.

Homo quidaz erat diues qui habebat villicū et hic diffamatus est apud illum zē. **Lu.** c. xvj. Domini terreni reges et principes q̄ nō possunt omnia soli i regiminib⁹ suis gubernare et expedire habent sub se suos procuratores quorum aliqui p̄sunt ciuitatibus et aliqui villis et ab eis exigunt rationem singulis annis. q̄ sic sit verum q̄ domini terreni habēt suos procuratores qui etiam regunt subditos post dominos notum est. Attamen probatur in natura. in figura. In natura legitur de sole q̄ fm **Ambro.** est dominus planetarum decor et perfectio omnium stellarum. Et vt dicit **Macrobius.** Sol tanq̄ dominus medius est inter planetas. effectus eorum concilians. et etiam cōtra elementa. quia hoc spectat ad dominos terrenos vt concordant discordantes. et licet sit dominus omnium stellarum et regat omnia inferiora. tamen habet sub se stellas alias que etiam regunt inferiora. quia sunt temporū annorum mensium dierumq̄ distinctiue. Nā fm **Aris.** permutatio temporis non est pmutatio stellarum in signis diuersis super septē climata aut ex pmutatione lune singulis. xxvij. diebus. aut mercurius aut veneris in omnib⁹ decem mensibus In figura probatur **Sen.** xij. de rege pharaone qui habuit procuratorem **Joseph.** Spūaliter dominus noster iesus christ⁹ qui est rex regum et dominus dominantium. **Apo.** c. xix. Qui per se potest omnia regere et regat. Sicut declarat **Boe.** li. iij. de conso. metro. ix. cum dicit. O qui perpetua mundum ratione gubernas. Terrarum celiq̄ sa tor. qui

tempus ab euo. ire iubet stabilisq; manes. dās cuncta moueri. Et licet per se vniuersa immutabiliter regat z disponat. in mundo tamē isto habere voluit suos procuratores summum pontificem archiepiscopos episcopos prelatos infuper omnes patresfamilias quos posuit sup bona sua scz nature gratie et fortitudinis. quibus bonis interdum male vtuntur. Et principaliter bonis fortune mediātibus quibus peccata sua augent seu augmentant sectando crapulā z auariciam. vnde redimere debent culpam. iuxta illud dictum **I**sid. de sum. bo. li. iij. c. lxiiij. **S**ra niter inquit delinquit. qui diuitijs sibi a deo concessis. non in rebus salutaribus. sed in vñib⁹ prauis vtuntur. Et inde magis augēt debita vnde ea redimere noluerunt. hec ille. Ideo omnes tales grauer christum offendunt. Ita grauez rationem coram deo reddent sicut factum est de illo villico cui dominus commisit bona sua sed male dissipauit ea. quare ad rationem grauem compulsus est vt dicit presens euangelium. homo quidam. In quib⁹ vñbis sancti euangelij tria tanguntur. primo villici diffamatio in factorum confusione. scdo eiusdem citatio ad reddēdū rationem. tertio cordis cogitatio ad futurorum pñsionē. Quantū ad primū tangitur villici diffamatio in factorum confusione. cum dicit. homo quidam erat diues. Circa quod notandum iste homo est christus fili⁹ dei qui in tempe plenitudinis gratie factus ē homo ppter homines perditos. vt dicit **S**ymbolum nicenum. Qui ppter nos homines z ppter nostram salutem descendit de celis. z incarnatus est de spū sancto natus ex **M**aria virgine z homo factus. Idem testatur sacra constitutio de sum. tri. z fñd. ca. c. firmiter. Et tandem inquit dei filius vnigenit⁹ **I**esus christus a tota trinitate communiter incarnatus ex **M**aria semper virgine sancti spūs coopatione conceptus verus homo factus ex anima rationali at humana carne compositus. Et dicit beatus **A**ug⁹. in de fi. ad **P**etrum diaconum. Et magister in iij. li. di. j. c. vñ. **L**icet solus filius dei sit incarnatus. huiusmodi tamen incarnationem tota trinitas est cooperata benedicta. Et dicit notanter homo. ad damnandum heresim eorū qui dixerunt dei filium non assumpsisse corpus verū. sed fantasticum. Contra quos etiā dicit **I**oh. j. Verbum. i. dei filius factū est caro. i. homo fm **A**ug⁹. queritur pmo ex quo dicit euangelium. homo quidam erat diues. z q ille homo significat christum. an christus semp fuit homo? z videt q non. Quia in illo triduo nō fuit hō. q pbat sic. Quia hō mortuus nō est hō. christ⁹ tūc erat mortu⁹ vt dicit **S**ymbolum nicenum. ergo nō fuit hō in mortis

triduo. Ad hanc questionem rñdet q de ipsa est triplex modus loquendi doctorum. **P**rimus tenet q non solum de christo verum est q in mortis triduo fuerit homo. sed etiam verum est de quolibet homine mortuo cui⁹ anima est beata. z iste modus dicendi fuit **H**ugonis de sanc. vic. qui p sua intentione sic arguit. Quid stulti⁹ q homo tunc esse desinat quando vere esse incipiat. Sed esse beatum est verissimum esse. ergo qui hic moritur cui⁹ anima est beata iste pmo incipit esse veraciter. Igitur de quolibet tali concedendum est q post mortem sit hō. z a fortiori ibi concedendum est de christo. Scds mod⁹ loquendi q christus in triduo mortis fuit hō. Sz hoc non est concedendum de quolibet homine. z iste modus dicendi est magister in. iij. li. dist. xxiiij. vbi magister fundat se in hoc q christus illo triduo habuit corpus z animā. ergo fuit homo. licet anima non esset corpori vnita. z sic cōcedit q homo mortuus sit homo. **T**ertius modus dicendi est q christus in triduo mortis nō fuit homo sicut nec quilibet alius homo mortuus. z iste modus dicendi est communiter doctorum modernorū. vt dicit **B**onauētura circa di. xxij. tertij libri. Quia si diligenter consideretur tunc quilibet istorum triū modorum habet ali⁹ quid vitatis. Quia prim⁹ modus loquit de esse aptitudinali z partim actuali. z sic ad vtrumq; modum stat dictum ipsozū. quia in triduo mortis christus erat in persona in actu habens corpus z animā que apta nata fuerunt sibi inuicem vniri. Sed tertius modus loquitur de esse simpliciter actuali. Et quia ad hunc modum dicit z concludit q christus in triduo mortis nō fuit verus hō. patet. qz hō mortu⁹ nō est hō ver⁹. sz christus tūc erat mortu⁹. ergo. zc. Et si fuisset homo sicut illi dicunt. oporteret concedi q fuisset hō cecus surd⁹ mutus. z sic de alijs. Sz ad motiuum **H**ugonis dicendū. licet hō post mortem incipiat esse beatus fm animam. nihilominus tñ definit esse homo fm naturalem vitam. Sed ad magistrum dicit q non sequitur q christus habet corpus z animā. ergo est homo. Sz requirit vltra hoc q anima informans sit corpori coniuncta q non fuit in triduo mortis z anima fuit a corpore separata per mortem. z erat i limbo. corpus vero sine anima iacuit in sepulcro. Secundo queritur ex quo christus ab eterno erat diues in tribus. **P**rimo in bonis temporalibus. Iuxta illud ps. Domini est terra z plenitudo eius. Secundo in bonis spiritualibus. vt sapiētia misericordia et gratia. et sic de alijs. **T**ertio in bonis celestibus. fm illud ps. Gloria et diuitie in domo eius. Quare tunc elegit paupertatem in hoc seculo? Ad hanc questionem

Dñica nona post trini.

respondet sanctus **T**ho. cōtra gentiles. q̄ hoc fecit duplici de causa. Quia dominus voluit facere diuisionem inter homines mundanos et abundantes huius seculi ut relinquerent mūdanas diuitias que sunt impedimenta sup̄norum et celestium bonorū. et hoc facere non potuit nisi mediante paupertate. quia si diues fuisset in huius mundi diuitijs nihil vel parū fuisset sua predicatione contra diuitias. et ut magis retraheret a diuitijs ideo vitam pauperem elegit. Secūdo ut sic consideretur q̄ non diuitijs siue potentia attraxisset homines ad se. Sed sola diuinitatis potentia sapientia et clemētia. p̄pterea elegit inscios et rudes apostolos ut etiam p̄ illos cōfunderet mundi potentiores et sapientiores. Ideo dicit **Aplūs. i. ad Cor. x.** Infirma mundi elegit ut fortia queq̄ cōfunderet. Et. **ij. ad Cor. viij.** factus est egenus qui cum esset diues ut ip̄s in op̄a diuites essemus. Tertio queritur quis per villicum significetur? Respondetur s̄m glo. interl. Villicus ille significat quēlibet hominē cui dominus credidit triplex bonum. Primum est bonum nature. et hoc est duplex. Quedam enī sunt bona corporis ut sanitas fortitudo agilitas pulchritudo nobilitas siue libertas. Quedam autem sunt anime ut rectitudo ingenij. velocitasq̄ memorie. bonitas. potestas tollerandi exercitiū spirituale. naturalis dispositio ad virtutes siue virtus naturalis. Scdm bonū est fortune. et sunt bona exteriora que sunt in potestate hominū que possunt auferri ut sunt diuitie. Tertium bonum est gratie. ut sunt virtutes. Et dicit **Ambr. in omel.** Cum non exercemus in dispensatione illorū ad libitum dñi. sed ad p̄prias illecebras cōmissis abutimur. criminosi villicifumus. et sic apud christum diffamamur. S̄ diceres. qui sunt illi diffamatores qui nos accusant apud dñm? Ad hoc rīdetur q̄ triplex ē diffamator. Primo qui quidem diffamant p̄p̄iorū vitiorū conscientia. Quia dicit **Robertus Holcot. sup li. Sap. lec. cix.** q̄ conscientia hominis est accusatrix sue p̄p̄ie p̄p̄ue transgressionis. Et declarat hoc in simili. Sicut enim puero datur dica in qua defectus sui signantur ut postea verberet et nullo modo licet sibi abijcere dicam suam. s̄ per eam accusabitur. ita cuiuslibet homini allegatur conscientia in qua omnia peccata sua narrantur. ut s̄m ea in iudicio accusent. Iuxta illud ad **Roma. ij.** Testimoniū reddente illis conscientia eorū in die cum iudicauerit de occultis hoīm. Secūdo accusat aut diffamat malorū factorū euidentia. de hoc accusatore loquitur beatus **Greg. x. moral.** dicens. Omnis inquit iniquitas apud secreta dei iudicia habet voces suas. quilibet qui eam commisit peccator accu-

satur et diffamatur. Et illorum factorum qui sic accusant vnum est clandestinum homicidium. Nam **Gen. iij.** Cum **Cain** occidisset fratrem suum **Abel** dixit ad eum dominus. Quid fecisti ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: ad hoc etiam probandum. Refert **Aplūs. c. lvi.** q̄ anno dñi. **M. cc. l.** In villa theutonie phorten contigit q̄ quedam vetula iudeis familiaris puellam eis annorum septem orbatā parentibus vendiderat occidendam. hanc igitur in omnibus membrorum iuncturis incisionibus vulnerauerūt. sanguinem exprimentes et in lintheaminibus recipientes. et eam defunctam in aquam fluidam iuxta opidum proiecerūt. Tertia die aut quarta per manum erectam in celis a piscatoribus est inuenta et in opidum depozata clamantibus populis a iudeis tñ scelus perpetratum. Erat aut in vicino marchio de **Badē** qui mox audito tāto piaculo peruenit ad corp⁹. Statimq̄ erectum residens extendit manus ad principem quasi vindictam sanguinis imploraret. post horam vero dimidiā iterum se depozuit defuncti more supinū adducti ad hoc spectaculum impijs iudeis statim eruperūt omnia viscera corporis in testimonium nephande necis sanguinem copiosum effuderunt. et q̄si vindictam clamauerunt. Sicq̄ iudei cū vetula rotati sunt. Aliud flagitium zodomiticū **Gen. xix.** Clamor zodomorum et gomorreorum multiplicatus est et peccatū eorū aggrauatum est nimis. Tertium est fraudatio mercenariorū aut operariorum q̄ multi iniusti domini faciunt q̄ mercedem debitam certo tempore non persoluant q̄ famulos suos furari cōpellunt. quia nunq̄ fidelis erit domino famulus quem infidelem experitur in retribuendo. de isto clamore **Isa. x.** Ecce inquit merces operariorū vestrorum qui messuerunt regiones vestras que fraudata est a vobis et clamor eorū in aures dñi sabaoth introiuit. Quarto accusat oppressorū egenorū angustia qui clamāt ad deum. p̄ vltione. Et hoc figuratū est **Exod. iij. vbi** **Pharao** filios israel oppressit. et clamorē ip̄sorum audiuit domin⁹. Quid dicitur ibidem q̄ clamor filiorū israel ascendit ab operibus ad dominū. Sed inter omnes oppressiones clamantes ad deum maxime vident clamare oppressiones et extorte exactiones facte cōtra viduas et pupillos que sunt p̄sone indigentes auxilio. Ideo figuratē dicitur **Exod. xxij. Quidne et pupillo non nocebitis.** si leserit eos clamabunt ad me et ego exaudia clamorem ip̄sorum et indignabitur furor meus. pcutiamq̄ vos gladio et erunt vxores vestre vidue. et pueri vestri pupilli. Ecce ista sunt que peccatores diffamant apud deum. Sed tamen est notandū

*Triplex bonum
s̄m a dñe accipitur*

quidam diffamantur eo q̄ dissipant bona superius enumerata. Et primo bona nature vt sanitatem fortitudinem agilitatem qui ea cōsumunt in torneamentis hastiludijs luctationibus et huiusmodi qui sunt martyres diaboli. et plus se fatigant in his que promouent eos ad infernū q̄ ad dei seruitium. quare tales in inferno eternāliter cruciātur. Sicut p̄bat venerabilis **Thomas** brabantinus in apiario. c. lxxvj. q̄ anno domini. **M. cc. xliij.** iuxta nussiam super **Renuz** nobile opidum multi nobiles et duces comites et barones milites congregati sunt. Quidam autem frater nomine **Eberhardus** de ordine p̄dicatorum rogauit eos vt desisterent et compaterentur christianitati que tunc temporis in uirgaria a tartaris infestabatur. Quidam autem comes de christo dicto subsanauit fratrem et cōgregatis turmis militum ferale illud torneamentum inchoauit. mane aut vt plurimi referebant qui viderunt quasi gleba ingens et lata sup aera videbatur. et circa glebam ac supra coruini generis volucres craticando diutius volitare. et dicit doctor ille nec credo aliqd̄ demones hos fuisse nec mora cum torneamentum fieret milites ac satellites in tanta strage plurimi in mortem. nonnulli in vesaniā pleriq̄ etiam in languores perpetuos ceciderunt. vt nullus ambigeret ludum hunc non tantum hominum. Sed verissime visione diuina demonum extitisse. omnes fere ad tricentos et quadraginta septem cōputati sunt. inter quos etiam prius mortuus est comes de castro illo. Sed eadem nocte quodie hec facta sunt in speciebus militum armatorum iuxta villam brabantie que yfcka maior dicitur congregationes a demonibus p̄sbytero ville teste fuisse. et hoc credo in signum leticie tātimali. hec **Apiarius**. Et notandum q̄ non solum illi qui consumunt sanitates suas et fortitudines in hastiludijs et torneamentis diffamant. Sed etiam illi qui sanitatem et fortitudinem cōsumunt in potationibus. comestationib⁹ et ebrietatibus. Quibus maledictionem imprecatur p̄pheta. **Esa. v.** Ue qui mane consurgitis ad sectandum ebrietatem et potandum vsq̄ ad vesp̄ram et vino estuctis. Et loquitur principaliter de illis qui cum dominicis et festiuis debent querere salutem animarum et reconciliari deo dimissis ecclesijs. neglectis sermonibus. et diuinis officijs. student se in tabernis vsq̄ ad plenuz ingurgitare et quasi tota die continuare. De quibus etiam dicit dominus **Piere. v.** Ue qui potentes estis ad potandum vinum et fortes ad miscēduz ebrietatez. Et vbi scriptura ponit ve. semp̄ eternum ve denotare videtur. His etiam annectunt

oēs luxuriosi qui mediante luxuria consumunt virtutes corporis sui. Quia s̄m **Bern.** Luxuria corpus eneruat et animam comaculat. ideo apud deum diffamantur. et nisi peniteant eternaliter cum gulosis et ebrijs damnantur. Iux illud ad **Heb. xiiij.** Fornicatores et adulatores iudicabit dominus. id est. condemnabit. Nā refert **Helimandus**. et **Vincentius** in speculo historiali li. xxx. c. vj. q̄ anno domini. **M. cliij.** tēpore **Frederici** primi sanctus **Benedictus** dixit quendam nouitium ad regionez vmbre mortis et terram tenebrosam. et vidit ille quasi turres horribiles. cui dictum est ab angelo **Raphaeli**. q̄ illi turres sunt camini infernales p̄ quos fumus et flamma ignis eterni exeūt. post hoc vidit hominem in ardenti cathedra sedentem. et ante se stabant pulcherrime femine que tenebāt cereos ardentē quos impingebant in faciem eius et in os et similiter retrahēbant ardentē et semper per hoc patiebatur. et angelus. hic inquit amicus fuit carni sue et inimicus anime sue quia gulosus et luxuriosus. Cathedra significat q̄ potens fuit in malicia amando mulieres. et ideo maligni spiritus in tali specie torquēt eum. His ergo gulosis et luxuriosis adiungendi sunt chorizatores et chorizatrices que fortitudinem suam infatigabiliter chorizando consumunt. et plus diebus festiuis q̄ ferialibus hoc faciunt. Ideo a sanctis quoruz festiuitates frangūt chorizando coram deo diffamantur. et post modicum tempus ad inferna descendunt et damnant. Iuxta illud **Job. xxi.** Tenent tympanum et citaram et gaudent ad sonum organi. et in puncto ad inferna descendunt. Secundo diffamantur quidam q̄ dissipant bona fortune scilicet diuitias male eas consumendo per superbiam inanem gloriam et mundi iactantiam. Quia dicit **Seneca**. Plus fastus consumit q̄ necessitas. Aliqui consumunt eas in ludo. alij in conuiuijs superfluis. Contra que **Matho. Baro** conuiua. Alij histrionibus et mimis sed non egenis. Contra quos dicit **Sapiens**. Mitte panem tuuz super transeuntes aquas. et post multa tempora inuenies illum. **Eccl. vj.** dicit glo. Aquam transeuntes sunt populi mortales videlicet pauperes quibus dandus est panis diuitum. Iuxta illud **Lob. iij.** Panem tuum cum esuriēte comede. Tertio diffamantur quidam q̄ dissipant bona temporis qui dies et annos in vāitate p̄sumunt mundi et non in seruitio dei. Sicut ille qui conueritur in horal. sapi. li. ij. c. iij. Non inquit curabam preciositatem temporis in mensa. dies i vanitate reducebam. preciositatem vero ei⁹ nō attendeabam. Sed me quasi onagrum liberū nā

Dñica nona post trini.

tum putabam. tunc autem sicut piscis capitur hamo et aues comprehenduntur laqueo. sic captus sum in tempore malo. quod mihi exemplo superueniet. **Et Richardus in li. soli. Deus vi-**te mee q̄ varie tempora consumpta sunt q̄ fructuosa elapsa sunt a me. **Tempora mea** que dedisti mihi vt facerem voluntatem tuam in eis nō feci. **Quāti anni quot dies. quot hore perierūt** apud me in quibus sine fructu vixi coram te. et quomodo subsistam. et quomodo letare potero oculos meos in faciem tuam et in illo magno examine tuo. **Si memorare iusseris et fructum requisieris** singulorum patientissime pater non fiat hoc. **Habe ergo in oblivione coram te** qui perdidisti vane tempora mea. heu multa nimis. **Et si que te iuvante vtiliter servavi quorum adesse brevis est numerus et in memoria eterna fac permanere.** **Siat amande pater hoc saltem desiderium temporis mei fructuosum et si uctificatum in gratia tua.** vt in die eternitatis inueniat locū et computabile perbenniter coram te. **Pic poteris sermonem terminare.** **Quantum ad secundū** ponitur villici citatio aut vocatio ad rationem reddendam cum additur. et vocauit illum. et ait

¶ Quid hoc audio de te? Ubi nota dominus vocat peccatores multipliciter. **Primo beneficiis** euidentibus. quia facit solem suum oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. **Pat.** **v. Deniq̄ extendit manus largifluas tā malos q̄ bonos** pascendo et iniustos iustos faciendo. **Ideo dicit Esa. lxx. Expandi manus meas** tota die ad populum non credentem sed cōtra dicentem mihi. **Secundo vocat flagellis** multiplicibus. **Iuxta illud Sap. xij. Cum das nos** inimicis nostris multipliciter flagellis. **Tertio vocat interioribus monitionibus** **Iob. xxxij. Aus** irruit sapor super homines et dormiunt in lectulo tunc aperit aures viroꝝ et erudiens eos instruit disciplinam. **Quarto vocat exterioribus** vocationibus. **Lu. x. Qui vos audit me audit** et qui vos spernit me spernit. **Ne ergo illis qui deum in predicatione vocantem negligunt seu audire contemnunt.** quia tales excommunicandi sunt. vt dicitur de conse. dist. j. c. **Sacerdotis** vbi dicitur. **Sacerdote in ecclesia dei verbū facite** qui egressus fuerit de auditoribus. **Glo. q̄st minus litteratum contemnens excommunicatur.** **Unde Berſi. Quanta et hec iniuria et q̄ gra** uiter vindicanda cum vilissimus vermis clamātem audire dedignatur creatorem vniuersitatis. **His ergo vocibus vocat dominus quemlibet peccatorem.** et si hic noluerit acquiescere et de malis suis penitere dicit vnicuiq̄ singularit̄ et in extremo iudicio vniuersalit̄. **Quid hoc au-**

dio de te. in hoc q̄ non statim punit. sed prius iquirat et locum defensionis tribuit. ostendit q̄ nemo puniendus est nisi prius conuictus vel confessus et q̄ non debet faciliter credi cum aliquis diffamatur vel accusatur et prefertim sacerdos. **Quia dicit beatus Hieronymus in epistola ad rusticum.** **Aduersus presbyterum accusationez** non accipias cito. nihil enim statim vel facile de profecta etate credendum est. **Et beatus Gregorius scribit cuidā episcopo. lxxvij. dist. Si** q̄s. **Ubi vult.** quod male de alijs non facile neq̄ cito credere debemus. **Et Euariscus papa. ij. q. j. c. Deus dicit.** **Deus omnipotens vt nos a** precipitande sententie prolatione compesceret mala zodome voluit audita iudicare. vt nobis exemplum in hoc daret ne in discutiendis precipites negocijs effemus ad iudicandum. et ne mala proximorum prius quisq̄ presumat ante credere q̄ probare. id ē. examinare. hec ille. **Ideo et dixit dominus ad villicum.** **Quid hoc audio** de te? **redde rationē villicationis tue.** id est. totius vite tue. **Et primo oportet vnumquemq̄ nostrum** reddere rationem de cordis cogitationibus. **Iuxta illud Sap. xj. Cogitationes nostras** dominus scrutabitur. **Sunt enim cogitationes** maliciose ambitiose voluptuose fructuose. **Maliciose** sunt que a malicia peruersa procedūt cū intentione et animo nocēdi. **De quo ps. l. Quid** gloriaris in malicia tu qui potens es iniquitate tota die cogitat iniusticias lingua tua. **Ambitiose** quia in ipsis homo ambit vt super alios extollatur. **De quib⁹ Lu. ix. Intrauit cogitatio** i eos quis eorū esset maior. **Voluptuose** sunt q̄ voluptati deseruiūt. **De quibus Sen. viij. Sensus** et cogitatio humani cordis p̄na sunt ad malum ab adolescentia sua. **Infructuose** que sine vtilitate et fructu sunt. **De quibus ps. Domin⁹** scit cogitationes hoim quoniam vane sunt. **De istis cogitationibus omnib⁹ oportet nos si eos** habuerimus in cordibus nostris reddere rationem et si peccatum mortale incluserunt a deo se parabunt. **Sap. j. Peruerse cogitationes** separant a deo. **Ideo ad cauendum cogitationes** noxias et peruersas sunt aliquę cautele. **Prima est** timor domini vt homo imaginetur deum vbiq̄ esse presentem et videre secreta cordis. **Quia. j. Reg. xvj. dicitur.** **Homo videt ea que patēt.** deus autem intuetur cor. **Glo. Quia ipsius p̄priū** est scire secreta cordium. **Et cum homo hoc perpendit.** cogitationes peruersas non admittit. **Ideo dicitur Proverb. xvj. In timore domini** declinetur a malo scilicet cogitationum. **Secunda** cautela est custodia sensuum et precipue oculorum. quia dicitur **Thren. iij. Oculus meus**

depredatus est animam meam. Et **Piere. ix.** Intrauit mors per fenestras nostras. Ideo beatus **Gregorius** super illud **Señ. iij.** Vidit mulier lignum quod esset pulchrum ad videndum et suae ad vespendum dicit. Non enim **Eua** lignum contigisset nisi prius incaute respexisset. Tertia cautela est fuga ociosorum. quia dicit beatus **Hieronymus.** Non facile capitur a diabolo qui bono vacat ex continuo. Ideo idem dicit de cōse. dist. v. c. Nunquam. Semper aliquid benefacito ut te diabolus inueniat occupatum. Secundo oportet nos rationem reddere de ociosis locutionibus. Juxta illud **Matth. xij.** Dico inquit vobis de omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicii. ut dicit **Glo.** Ociosus sermo est ille qui neque ad illius qui dicit neque ad illius qui audit pertinet profectum. Et beatus **Gregorius. vij. moral. c. xxiiij.** Ociosum inquit verbum est quod aut ratione iuste necessitatis aut intentione pie utilitatis caret. Et similiter beatus **Hieronymus.** Quid quid non edificat audientes in periculum vertitur loquentis. Idcirco beatus **Bernardus** in sermone de gratia. Si de omni verbo ocioso quodcumque locuti fuerint homines deo sunt ratione reddituri in die iudicii. quanto districti de verbo mendacii et criminoso delato et lasciuo. de adulterino. aut detractorio iudicabuntur. Noli inquit verbum quod risu aut cachinnu moueat loqui. ut dicit **Aug.** ad matrem spiritualem. ca. vj. Sed quid magis ad compunctiones et lachrymas. animarumque profectum pertineat. tuus sermo sit sale conditus. Et infra. Amodo iterum amoneo ut linguam tuam custodias. nulli detrahas. nemini maledicas. nulla risum mouentia verba proferas. cogita quod brevis sit hec vita. et quod misera in comparatione eterne vite. hec cogitatio in linguam tuam refrenando sine dubio ad sanctorum gloriam venies. Tercio oportet nos reddere rationem de nostris operibus. Juxta illud **Act. xij.** Quanta que sunt ad ducet deus in iudiciu pro omni ornatu siue bonum siue malum. Et **fm Athanasium** in symbolo. Qui bona egerunt ibunt in vitam eternam. Qui vero mala in ignem eternum. Circa quod nota de operibus nostris rationem coram deo reddemus. Primo quando ea cum tedio facimus. Quia dicit **Sapiens. Prouerb. xviij.** Qui molis est et dissolutus in opere suo superest et opera sua dissipentur. De tali dicitur **Apo. iij.** Quia tepidus es nec calidus nec frigidus incipiam te euomere de ore meo. **Glo. dicit.** Validus est qui feruens est in operibus. Frigidus qui sim-

pliciter desistit a bonis operibus. Tepidus vero medio modo habet se. Ideo euomitur quando in deteriora precipitatur. impenitens moritur et a consortio sanctorum bonorum separatur. Circa hoc oritur dubitatio. utrum tedium boni sit peccatum mortale? Ad hoc respondet **Bernardus.** mandus. **Soldis.** Tedium boni potest considerari tripliciter. Uno modo prout est motus naturalis quidam ex lassitudine corporis per exercitium spirituale proueniens. et sic non est peccatum. Secundo modo **fm** quod est motus appetitus sensitiui contristatus de opere spirituali laborioso. et sic potest esse peccatum veniale. quauis etiam ille appetitus sit deliberatiuus. et cōsensu in veniali non est nisi veniale. verbi gratia si cut cum canto vel oro cum tedio tamen dimittere propterea nolo. et sic est solum veniale. Tercio modo cum hoc tedium redundat in obmissione eorumque sunt necessaria salutem ad quod necessario homo tenetur. et sic est mortale. verbi gratia. Sicut non audire missam die dominico vel non implere penitentiam iniunctam. de illo dicitur **Piere. xlvij.** Maledictus qui facit opus domini fraudulentem aut negligenter. Et quilibet talis grauem reddet deo rationem. Quare quilibet opera sua ad que principaliter tenetur facere debet cum diligentia hilaritate et bona voluntate. Juxta illud. **ij. Paralip. xix.** Quia diligentia omnia facito. quia diligentia in oculis dei plus valet quam opus. Et hec diligentia nihil aliud est quam intenta deuotio. Sed tunc intenta deuotio quando mentem nostram infigimus in id quod tunc agimus omnem euagationem mentis **fm** possibile restringendo. Et hec diligentia multum placet deo. Sicut eius oppositum displicet unde quod anima est in corpore hoc est deuotio in bono opere. Sed corpus sine anima nihil est. quia egrediente anima de corpore corpus marcescit et perit. Sicut dicit **Aristoteles** primo de anima. ita nihil est coram deo sine diligentia opus bonum. Ideo dicit sanctus **Hieronymus.** Mallem psalmum cum deuotione et hilaritate mentis decantare. quam totum psalterium cum fastidio et accidia. Secundo rationem de operibus nostris districtam reddemus quando ea pro lucro temperali vel honore foris hominibus exhibemus. sicut ille pariseus qui ait **Luc. xviij.** Ieiuno bis in sabbato. decimas do omnium que possideo. Contra quod dixit dominus **Matth. vj.** Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus ne videamini ab eis alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in celis est. Dic queritur an sit peccatum mor-

Dñica nona post trini.

tale cum quis laudem humanam in operib⁹ suis querit. **D**icunt enim doctores q^d sic videlicet si laudem hanc vel lucrum quod querit preponit proprie salutis. quia in omni opere bono honorem dei qui est alpha et o. querere debemus. ad hoc hortatur nos **G**regorius in moralibus. **O**mnem quod agimus bonum per intentionem semper ad celestia leuimus vt videlicet quæramus honorem dei propriamq^{ue} salutem. **E**t beatus **V**ieronimus. **Q**uicquid agis inquit p^{ro} eterna mercede. age vel nihil studeas propter laudem vel humanam opinionem. sed propter vitam eternam. **S**ed diceret an licet deo seruire pro regno celorum et vita eterna? **R**espondet q^d non. **Q**uia qui solum modo bonum propter regnum celorum operatur nunquā illuc potest peruenire. **E**t ratio est. quia quicquid nō fit ex charitate non est deo acceptum. dicente **A**postolo **1. Corinth. xiiij.** Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum. Si charitatē nō habeo nihil mihi p^{rodest}. **I**deo dicit **B**ern. **C**haritas est bonum cum qua nec opus minimū despicitur et sine qua nec maximū acceptatur. vñ homo debet deo seruire et bona opa facere principaliter ex charitate qua diligit deum. **S**imiliter mala dimittere propter deum. et habere spez q^d deus dabit regnum celorum si ei ex charitate seruerit. **E**t insuper eum a penis inferni liberabit vbi peccatores eternaliter cum demonib⁹ puniuntur. **T**ertio rationem pro operibus nostris bonis coram deo reddemus. **S**i ea in peccato mortali videlicet inuidia. supbia. aut luxuria. et c. faciemus. quia dicitur **Leuit. xxi.** si maculam habuerit scilicet opus bonum nō erit acceptum deo. **I**deo dicit dominus **Isa. primo.** Non accipiam a vobis sacrificium. quia manus vestre plene sunt sanguine. **S**ed diceret. quis ē in peccato mortali? **R**espondetur q^d ille qui fecit peccatum mortale et non est contritus. vel qui habet malū propositum peccandi. **E**t dico notanter. non est contritus. quia licet peccasset mortaliter si esset super illo contritus. et habet displicentiā illius peccati nō est in peccato mortali. licet adhuc non sit confessus sed habet propositū confitendi. **Q**uia dicit dominus **Ezech. xviij.** Quacunq^{ue} hora homo ingemuerit peccator peccati sui non recordabor. **E**t etiam dicit **C**elsarius in dialogo. **P**eccatum mortale si displicet sit veniale et venia dignum. **Q**uarto rationem de operibus nostris bonis reddemus. si ea ante finez dimittimus. **Q**uia dicit dominus **Ezech. xviij.** Si auerterit a se iustus a iusticia et fecerit iniquitatem nūquid viuet? omnes iusti-

cie eius quas fecit non recordabuntur. **I**deo dicit **B**ern. **T**olle perseverantiam nec mercedem obsequium habet. **I**deo legitur in vitas patrum **li. iij. c. cxx.** **E**rat quidam adolescens secularis habens patrem et ipse secularis. sed ipse desideravit fieri monachus et vix supplicando patri hoc obtinuit et ingressus ē monasteriū et factus est monachus. et cepit deo seruire in ieiunijs et orationibus. **C**ontigit post aliquod tempus eundem fratrem supplicari abbatē dicens. **R**ogo te abba dimittas me vt ad heremū vadam. dixit ei ille. **F**ili noli hoc cogitare. ignoras enim temptationes diaboli et versutias eius et si tibi temptatio venerit non inuenies qui te consoletur. **I**lle autē cepit amplius rogare vt eūz permitteret abire. **E**t abbas consensit. et postea rogauit abbatem vt concederet ei qui ostenderet ei viam. **E**t ordinauit vt cum eo duo fratres irent. ambulātib⁹ autē eis per heremū vna die. altera defecerunt p^{re} estu. qui proiicientes se in terram dormierunt. **E**t ecce aquila venit percutiens eos alis suis. euigilantes viderunt aquilam et dixerunt adolescenti. **E**cce angelus tuus surge et sequere illum. et surgens valēdixit fratrib⁹. sequebāt eaz. et veniens vsq^{ue} dum staret. que mox surgens volauit ad vnum stadium. iterunq^{ue} refedit. **S**imiliter sequebatur eam frater. et iterum volauit et sedit non longe et factum est hoc per tres horas. **P**ostmodum autē diuertit se aquila in dextera parte et frater sequebāt eā. respiciēsq^{ue} vidit tres arbores palmarum et fontem aque et speluncam modicam dicens. **E**cce locus quem preparauit mihi dominus. **I**ngressus igitur cepit sedere sumēs cibum de arboribus et de fonte aquam bibens. et per annos sex neminez vidit. **E**cce vna die venit diabolus in specie abbatis senis habēs vultum terribilem. frater timens procidit in orationem. et deinde surrexit. **C**ui dixit. quantū tempus habes hic? respondit sex annos. **E**t demon ecce inquit vicinum meum nesciebam nec cogitavi nisi ante dies quattuor q^d hic habitares. et cogitavi tecum dicens. vadam ad hominez dei conferens eūz eo quid est de salute anime vestre et hoc dico frater. **Q**uid proficiamus in cellis nostris sedentes. quia corp⁹ et sanguinem christi non percipimus et timeo q^d efficiamur exteri ab eo si nos ab hoc ministerio elongauerimus. **A**cce hoc per tria miliaria sunt monasteria habentia presbyteros eamus et communicemus die dominico et reuertamur ad cellas nostras placuit fratri suasio diaboli. euntes ingressi ad ecclesiam miserunt se in orationez. **E**xurgensq^{ue}

frater ille non inuenit comitem suum dicēs. vbi putas perrexit an ad communem necessitatem ambulauit. et cum diu sustineret et non inueniret. exiit foras querens eum et cum eum non reperisset. dixit ad fratres illius loci. vbi est senior ille qui ecclesiam mecum ingressus est? Qui dixerunt. nos alium non vidimus nisi te tantum. Tunc ille cognouit quia demon fuisset dicēs. vnde cum qua argucia diabolus me eiecit de cella mea. sed tamen mihi non nocet. quia ad opera bona vestri percipiam ergo corpus christi. Et sic reuertar ad cellam post missam facta communione reuerti voluit quem tenens abbas monasterij dixit. nisi reficiaris nobiscum non te dimittimus reuerti. facta cibatione reuersus est ad cellam. Post aliquot dies iterum venit diabolus in specie iuuentis secularis cuiusdam et cepit eum inspicere a summo capitis usque ad pedes dicēs. ipse est iste aut non? Qui frater. quid me sic respicis? Cui ille. ego sum vnicus scilicet pater illius filij. Nonne pater tuus et mater tua habent nomen tale? et sic de fratre et sorore. et tu sic vocaris. et mancipia illa sic et sic sunt dicta. Mater tua et soror tua ante tres annos sunt mortue. pater tuus vere defunctus est et fecit te herede dicēs. Cui habeam dimittere substantiam meam nisi filio meo viro sancto qui reliquit seculum et abiit post deum? vadent aliqui qui eum requirunt ut veniens eroget eam pauperibus pro anima mea et sua et perrexerunt multi querentes te et minime inuenerunt. ego autem ex occasione inueni te. cognoscens te. et ne feceris moram. Ego veni et vende omnia et fac voluntates patris tui respondit frater non necesse habeo reuerti ad seculum. respondit diabolus. Si non veneris et desperis substantia illa. tu exinde reddes rationem. Quid enim mali tibi de eo ut venies des egenis ut dispensator bonus ut non male consumatur et postmodum reuerteris in cellam tuam. Quid multa? frater venit cum eo in ciuitatem qui relictus est ab eo et ille volens ingredi domum patris sui tanquam iam defuncti et ecce pater suus viuus egressus videns eum non cognouit. Qui dicit ad eum. quis es tu? ille vero turbatus nihil potuit respondere. Qui iterum interrogans quid es? Cui confusus dixit. Ego sum filius tuus. Cui pater. ut quid reuersus es? Respondit autem dicere quod euenit. Sed ait. charitas fecit me reuerti quia desideravi te. et remansit ibi post aliquot dies. incurrit fornicationem et supplicij multis afflicus a patre infelix non egit penitentiam ipse. sed remansit in seculo omnia bona sua perdens et damnatus est. Ecce quod districta ratione deo

reddidit qui postmodum in multa peccata lapsus fuit. Quarto oportet reddere rationem de prelacionibus. quia dicit **Volcot** super li. **Sap.** li. vii. quod deus interrogationem faciet de tribus. maxime si fueris dominus vel prelatus vel in honore constitutus vel dignitate. Dicit enim tibi redde rationem villicationis tue qualiter vixeris et qualiter bona expenderis. Primo qualiter vixeris lubrice. auare. ambitiose. et ludificato rie. Ideo de talibus dicitur **Sap.** vi. Prebete aures vestras qui tenetis multitudinem et placeat vos in turbis quoniam data est potestas a domino vobis. et virtus ab altissimo qui interrogabit opera vestra qui cogitationes scrutabitur. Secundo interrogabit qualiter subditos rexeris. nam malicia subditorum vertetur pro magna parte in capita dominorum. Fin illud **Sap.** iiii. Et iniquis enim omnes filij qui nascuntur. testes sunt nequitie aduersus parentes et interrogatio sua et tam patrum quam filiorum in subiectorum et prelatorum. Ideo beatus **Aug.** in quadam epistola ad comitem charissimum dicit. exhortando queso mi frater ut omnibus subiectis et bone voluntatis in domo tua a maiore usque ad minimum amorem et dulcedinem regni celestis et amaritudinem et timorem gehenne annuncies et de eorum salute sollicitus ac vigil existas. quia de omnibus subiectis tibi qui in domo tua sunt. reddes domino rationem. Tercio interrogabit te deus qualiter tu expenderis. Sicut hic de villico disamato apud dominum suum quod dissipasset bona ipsius. Quid ait audio de te? redde rationem villicationis tue. Et ideo prouidendum est nobis diligenter quasi istum computum reddemus. quod **Job.** ix. dicitur. Si repente interrogabit quis respondet quod dominus. Et infra dicit ibidem **Volcot** lec. lxxvii. super illud **Sap.** vi. Porrende et cito apparebit vobis quoniam iudicium durissimum in his qui presunt fiet. Nam inquit fiet durum quia male intrauerunt. durius. quia male rexerunt. durissimum. quia male vixerunt. Tunc enim erit triplex questio. quomodo intrasti. quomodo rexisti et quomodo vixisti? Quomodo intrasti per simonias et violentias et fraudes siue denarios. quomodo rexisti precialiter. animose iniuste. et dissimulatorie. Quomodo vixisti. sicut christianus vel paganus sicut sacerdos vel rusticus sicut homo aut sicut pecus. Et ibidem. Durum iudicium fiet secularibus. Durius religiosis. Sed durissimum malis peruersis prelatis. Dura questio. quia a pauperibus extorsionem fecerunt. Durior. quia bona pauperum consumperunt. Durissima. quia christo et ecclesie de

Dñica nona post trini.

perceptis non seruierunt. **Dura** questio. quia oues christi non paucunt subsidio corporalis substantie. **Durior.** quia non paucunt verbo doctrine. **Durissima.** quia non paucunt eos exemplo bone vite. **Dura** questio. quia bonos non informauerunt. **Durior.** quia malos non increpauerunt. **Durissima.** quia ipsemet non bene vixerunt. **Sed** diceret. licet rationem de cogitationibus et locutionibus facere oporteat tamen adhuc tempus restat prolixius quando hec fiant. et ibi supplebo quod hic est omisum. **Ideo** dominus hoc remouendo ponit tria. primo. mortis vicinitatem. cum dicit **Jam.** quasi diceret. de proximo erit mortis terminus. quia breues dies hominis sunt. **Job. xiiij.** Secundo ponit mansionis impossibilitatem ibi. non poteris scilicet hic manere. quia non habemus hic manentem ciuitatem. sed futuram inquirimus. ad **Deb. xiiij.** Tercio benefaciendi nullitatem cum dicit villicare. id est. aliquod bene facere non poteris. quia non opus scilicet ad promerendum nec ratio ad se excusandum nec sapientia scilicet aliquid de eternis gustandum nec scientia ad bene considerandum erit apud inferos quo properas tu. **Act. ix.** **Ideo** quantum ad tertium principale ubi ponitur cordis cogitatio ad futurum prouisionem quam fecit villicus ille qui ait intra se. quid faciam. **et.** Debemus et nos ipsum imitare. et primo in status nostri discussione ad quam hortatur nos **Sapiens Eccl. xxij.** Preccurre prior in domum tuam et illuc age concepti ones tuas non in debitis et verbo superbo. **et ca. xvij.** dicit idem. Ante mortem interroga te pro omni statu vite tue et inuenies propitiationem scilicet peccatorum tuorum. **et Eccl. viij.** dicit idem. Ante iudicium interroga te. **et** quo modo debet fieri illa interrogatio? debet enim homo animam suam tanquam ream ad iudicium citare. quia citatio est iudicij ordinis fundamentum. ut extra de ma. et obe. Inter quattuor. **et** quia nullus debet iudicari aut fatigari sine accusatore et testibus. ut dicitur extra de accusa. Si legitimus non fuerit accusator non fatigetur accusatus. **Ideo** cogitationes accedant tanquam accusatores. **Sed** conscientia testimonium prebibet. **Timor** autem debet eum torquere. a pristina perversationeque peccati occidere ut sibi sanguis exeat peccatorum. **De** his dicit **Aug. in li. de peni.** Ascendat homo aduersum se tribunal mentis sue constituat se ante faciem suam atque ita constituto in corde assit accusatrix. conscientie cogitatio. conscientia testis. carnifex timor. **Inde** quidam sanguis quasi confitentis p

lachrymas. **Ideo** etiam dicit **Bern.** **Integritas** tue curiosus sis explorator vitam tuam quotidianam excussione examina. **Attende** diligenter quantum proficias. qualis sis in moribus et qualis in affectibus quam similis deo et quam dissimilis et quam prope et quam longe non locorum interval lis. sed motuum affectionibus et affectibus. **Ide Bern.** **Ab** interioribus inquit ad superiora cognoscendam ut possim cognoscere unde venio aut quo vado. **Ab** interioribus ad exteriora redeam. ut videam quid sim et unde sim. ut sic per cognitionem mei veniam ad cognitionem dei. et hoc fecit villicus qui dixit intra se. quid faciam glo. ut penas euadam aut euitem. **Secundo** ipsum imitare debemus in mortis cogitatione aut recordatione. quia dicit. **Aufer** a me villicatio nem. id est. humane vite operationem per mortem que rebus temperaneis finem imponit. ut dicit **Seneca.** **Ideo** dicit beatus **Gregorius. ix. moral. c. iij.** Ante prolationem irrevocabilis sententie prouidendum est reo. ante ianue clausio nem festinandum est peregrino. ante vite terminum subueniendum est infirmo. quia post mortem non est culparum damnabilium remissio. **Et** dicit notanter auferit in presenti et non auferet in futuro. et hoc propter moriendi continuitatem. **Quia** ex illa hora ex qua homo nascitur statim incipit mori. **Iuxta** illud. **ij. Reg. xiiij.** Omnes morimur et quasi aqua in terris dilabimur que non reuertetur. **Idecirco** **Seneca.** In hoc fallimur quia mortem non inspicimus presentem enim diem cum morte diuidimus. nec ipsa habet partem deteriozem. quia totum tempus vite nostre quod transit ipsa rapit. nostrum non est nisi presens. **Nullus** raptor violentior ipsa. quicquid enim temporis maioribus nostris venerit statim rapit. hec beatus **Biero.** quotidie inquit morimur quotidie enim aliqua pars vite nostre deprimitur et tunc quoque cum nos crescimus vita decrescit. **Sed** qui cogitat se semper moriturum quid mirum si de vita futura bene disponit. **Tercio** imitari ipsum debemus in impotentie recognitione. quia ibi erit homo impotens ad bonum opus. quia tunc non erit tempus bene operandi. quia amodo dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. **Apo. xiiij.** **Nec** poterit ibi ab alijs bona opera medicare. **Quia** dicitur **Matth. xxv.** Cum ille virgines quique fatue que videtur habere figuram damnatorum peterent a sapientibus dicentes. **Date** nobis de oleo vestro. quia lampades nostre extinguuntur. responsum est eis. ne forte non sufficiat nobis et vobis. ite potius ad vendentes et emite. **Ideo** in presenti debet quilibet

operari bonum fin consiliuz Apostoli ad **Gal.** vi. Dum tempus habemus operemur bonum. Et nolentes operari remittit Salomon ad fornicam. **Proverb.** vi. Uade ad fornicam o piger et disce sapientiam. Consistit autem sapientia eius in quattuor. Primo in granorum congregatione. Nam in estate grana tritici congregat. Iuxta illud metriste. Congregat in messe quod habet formica necesse. Ita homo in vita presenti que messi et estate comparatur debet colligere triticum bonorum operum et merita futurorum premiorum. Quia dicit **Gene.** Si que per laborē recte feceritis labor cito recipiet beneficium eternum. Si que per voluptatem praeueferatis voluptas cito transit. Factum autem eternaliter manebit. quasi diceret. quare potius recta et bona debetis operari. Secundo sapientia eius consistit in congregatorum perforatione. iuxta illud dictum **Philos.** Granum quodque legit prudens formica bipartit. Et hoc ideo facit ne ex aspersione pluuie pullulent et anibilent aut putrescant. Sic homo debet hic in presenti vita gratie bona opera sua gladio verbi dei perforare. de quo ad **Deb.** iij. Cuius est enim sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti. Et hoc debet homo ideo facere ne pluuie temptationum diaboli anibilent bona sua et faciant germinare peccata. quam quidam germinationem peccatorum impedit ista perforatio. ps. In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. Tercio sapientia formice consistit in perforatorum decorticatione ut ea scilicet grana purius comedat. Sic homo debet cortices mundane delectationis ab operibus remouere ut pura eius opera inueniantur. et christus eorum puritate pascatur. Quia dicitur **Lam.** ij. Qui pascitur inter lilia. Ideo dicit dominus **Hiere.** xv. Si separaueris purum ab impuro quasi os meum eris. Quarto consistit eius prudentia et sapientia in decorticati desiccatione. quia si grana sua fuerint humectata ad solem ea ponit et desiccet. Ita moraliter si aliqua opera nostra sint humectata aquis peccatorum desiccanda sunt ad verum solem christum. quia humorem vitiorum ipse extrahit. et grana bonorum sana reddit. quia dicit **Esa.** xliij. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. et peccatorum tuorum non recordabor. Quarto debemus imitari hunc villicum in discreta prouisione. quia dixit. Scio quid faciam ut cum amotus fuero a villicatione recipiant me in domos suas. q. d. volo misericordiam facere pauperibus ut post mortem recipiant me in domos suas. ubi dicit glosa. regnum celorum

est domus miserorum. Iuxta illud **Matth.** vi. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. In hanc domum nullus potest ingredi nisi per opera misericordie vel corporale vel spirituale. In cuius figura Salomon in ingressu templi fecit duo ostiola de lignis oliuarum. **Reg.** vi. Oleum autem significat misericordiam per quam nisi homo pertransierit. ad templum veri Salomonis Iesu christi non poterit peruenire. fm illud dictum **Per raueni.** Sibi apud deum pietatis ianuam claudit qui viscera misericordie proximo mendicanti non aperit.

De eadem dominica Sermo. iij.

Alcite vobis

amicos de mammona iniquitatis ut cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Ita scribitur **Luc.** xvi. Philosophus in problematibus dicit. Quod alicui homini manus vel brachium detruncata fuerit frigus in latere illo perpetuo sustinebit. Cuius rationem Constantinus ponit in li. de naturis morborum. Nam effluente per contritionem mundo sanguine effluit. et coexpirat calidum eiusdem lateris vniuersum. vel alia ratio. Cruor fundamentum est atque thesaurus nature pariterque caloris. cum ergo cruore vel sanguine orbatus fuerit ipse calor protinus euanesceat. et hec ratio est **Salieni.** Moraliter per manum intellige quod libet opus bonum vel principaliter opus misericordie quod exercetur in elemosynarum largitione. quam quidem manum si quis sibi abstulerit videlicet non dando elemosynas egenis. frigus in se finaliter eterne penalitatis et miserie sustinebit. Sicut testatur beatus **Augustinus** in li. lxxxiij. questionum. Illi autem in quo charitas extincta fuerit erga proximum perpetue profecto penalitatis imminet supplicium et tormentum. Et hoc figuratum est de illo qui in nuptiis inuentus fuit non habens vestem nuptialem. ad quem dominus ait. Amice quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem. at ille obmutuit. Et dixit dominus. Ligatis manibus et pedibus projicite eum in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium. scilicet ratione frigoris. **Mat.** xxij. Quid est vestis nuptialis nisi charitas apud proximum quod sue miserie subuenit quam si quis non habuerit in eternum frigus mittetur. ubi ab aquis nivium frigidis transierit ad calorem nivium. **Job.** xxiij. Iohannes in vobis pluribus hortatur nos ad charitatem omissionem. proximis per elemosynarum largitionem. cum dicit